



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1351 usque ad annum 1414

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118278

§. 14. Urbanus Neapolim venit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66293](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66293)

glorum instar faventibus. Conquerenti Sæcul. XIV.
 Flandriæ Comiti subveniens Galliæ Rex A. C. 1383.
 Episcopum abducere copias, ac redire in Angliam
 coëgit.

§. XIV.

Urbanus Neapolim venit.

Papæ Urbano Carolus de Pace non fa- Th. Niem.
 ciebat satis, quasi nimium cunctans c. 28.
 ipsius nepotem Franciscum Prignanum in
 possessionem Amalphitani, Capuanique
 ducatum mittere, & Andegaviæ Duci
 parum fortiter se opponens. Ergo Nea-
 polim ille adire statuit contra sententiam
 sex aut septem Cardinalium, quanta pe-
 ricula subiret, exponentium: at sui judi-
 cii tenax nolebat quidpiam opponi sibi.
 Egressus Roma per causam luis ibi graf-
 fantis Tibur petiit 13 Cal. Majas. Ineun- Rayn. 1383.
 te Septembri Ferentinum se contulit; un- n. 3.
 de Cardinalibus, qui dissuaserant iter, ac
 Romæ manserant, mandatum misit, ut
 protinus ad ipsum venirent. Illi, quo mi-
 nus præsto essent, causabantur inopiam
 suam, viasque infestas Britonum Cle-
 menti studentium excursionibus ex urbe
 Anagnia, quam incolerent. Urbanus id
 responsum pro seditionis signo accipiens
 contra eos conviciis plenas, ac perniciosi
 exempli litteras edidit, eosdem purpura
 privaturus, nisi brevi postea ipsum secuti
 essent. Elapso

Sæcul. XIV.

A. C. 1383.

Th. Niem.

c. 29.

Elapso S. Michaëlis die per Campaniam regnum Neapolitanum intravit invito Rege Carolo. Occurrebant invicem prope Aversam: Salutatum Carolus Urbanum antecedebat Nobilis scutarii officium agens in urbis ingressu, ubi amplam et ac pulchram monstrabat arcem ab Imperatore Friderico II, ut agebant, conditam. Papa eam volebat ingredi, & alio habitatum concessit. At comitatus ejus haud facile poterat accipere tectum; ne suos quidem equos adquare, clausis mox ab introitu urbis portis omnibus: quod in omen malum accepit.

c. 31. 32.

Rayn. n. 4.

Paucis post diebus, scilicet 9 Octobris Urbanus, & Carolus advenere Neapolim: ubi hic illi novam in arcem ducto custodiam firmam apposuit, ita tamen, ut accedentibus præbere aures more solito posset. Interim Cardinales vehementius instabant Regi, ut Papam libertati redditum placaret. Carolus palam inter lacrymas veniam poscebat, ejus captivitatem excusans per rationes, quas multi non frivolas judicabant. Itaque sic transactum est, ut Papa relicta arce nova Archiepiscopi ædes incoletet: ubi Rex cum sua conjuge Margarita sæpe illum venerantur.

§. XV.